UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 431. De Dodiconis comitis traditione bonorum in villa Reun intra pagum Nithega.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Visual Library

§. 431.

Tradidit dodico comeſ in *reun* (r) VII. familiaſ et quidquid ibi habuit.

§. 432.

Tradidit brun (ſ) in *rothollesſhuſ* et in *ſilehem* et in *ſmitherdeſhuſ* et in *theſli* X. familiaſ pro ſe et coniuge ſua gherburg.

item

(r) Villa *Reun* ab abbate Sarachone collocatur ***in pago Nithega.*** Quem ad fluuium Neitam in epiſcopatu Paderbornenſi et principatu Corbeienſi exſtitiſſe, iam ſupra dictum fuit. Intelligi ergo putamus deſignari vicum *Reer* ſeu *Reher*, iter vnius horæ ſitum ab oppido Brakel, vbi nobiles domini de Mengersheim, vaſalli Corbeienſes, magnificum palatium atque alia iura poſſident. Diſtinguenda ergo hæc eſt villa 1) a *Reder* ſeu Reer, in dynaſtia Artzen, 2) a *Redun* in pago Aringho, 3) a *Redhereshus* in pago Guddingo, 4) a *Rehon*, quæ et ipſa erat in pago Nithega poſita 5) a *Reme* in dynaſtia Artzen, 6) a *Rena* villa, quæ anno 1033 cum monte Vogilari et fluuio Wiſera terminus erat *foreſti*, ad epiſcopatum Mindenſem ſpectantis, teſte diplomate regis Conradi II. in I. C. Lunigs *Reichs-Archiv Spic. Eccleſ.* P. II. *im Anhang* p. 108, quæ villa fortaſſe eſt *Renne*, in qua anno 1259 comites de Perremunt decimam tenebant in feudo ab eccleſia Mindenſi: 7) a *Rhede*, oppido, olim ad comites Lippiacos referendo, ad annum autem 1305 diruto, et 8) a *Rhene* in præfectura Eiſenberg in principatu Waldeccenſi. E ſitu villæ noſtræ *Reun* animaduertimus, *Dodiconem* comitem nullum fuiſſe alium, niſi eum, quem ſupra §. 104. not. (n) deduximus ab Angariorum duce Brunone, et quem anno 1020 deprehendimus comitatu ſuo gauiſum in pago Heſſi Saxonico, atque anno 1021 bona poſſediſſe hereditaria in Warborg, Reelſe, Eringen, Rhoden, Wormel, Rothe, Germete, Rordehuſen, Ilrehuſen et Seilen. Hæ villæ partim ad pagum Heſſi Saxonicum, et partim ad pagum Nithega relatæ fuerunt. At de hiſce egimus pluribus l. c. De villa Reun in pago Nithega.

(ſ) *Brunonem* hunc caue confundas cum *Brunone aduocato* Corbeienſi, de quo pluribus diſſeruimus ſupra (§. 420) adiicientes, eum anno 1010. obiiſſe. *Brunonis* aduocati vxores fuere Gisla de Werla, et Gisla, ſueuica. Huius autem *Bru-* De Brunone eiusque bonis datis.